Servitio militari, ad munimenta ad Exercitum, Vel aliis quibusuis dilationibus, et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem praeterea Vltra proximos officij praefati Castrensis Capitanealis Praemysliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones, appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia penitus simplicibus Vel triplicatis, Euasionibus suspensionibus, fatalis Iuris praescriptione Terrestri, bello Conuentioneque, et aliis quibusuis Iuris remediis et defensis non subterfugiendo nec modo quouis euadendo. Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante. 2061

Idem eisdem Debet. 1254

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Generosus Petrus Paulus a Buzenin Maiszek Notarius Terrestris Praemysliensis, sanus mente et corpore existens, a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusuis propriis et competentibus recedendo, praesenti Vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni, quo ad actum hunc attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo, palam libere publice ac per expressum recognouit. Quia ipse in titulo nouae et primaeuae fundationis per se Recognoscentem hic Praemysliae in Platea Pontali erigendae et instituendae, Religiosis in Christo Patribus Fratribus Emerico Szaforski et Romualdo Siennicki Ordinis Beati Joannis Dei Bonifratellorum, totique Conuentui pro tempore hic Praemysliae existenti summam modo fundationis #

et Hospitale

ordinatam et fundatam, Triginta Millium Florenorum Polo:
nicalium, moneta et numeri in Regno currentis, certi, Veri,
iusti, et liquidi debiti, tenetur atq debet. Quam quidem
2662 Summam Suprascriptam, Triginta Millium Florenorum Po:
lonicalium, idem Recognoscens Se Suosq Successores, bono:
rumq praefatorum haeredes et possessores, in et Super bonis
Suis generaliter omnibus, Summisq quibusvis pecuniariis ha:
bitis et habendis, eisdem Creditoribus Suis eorumq Succe:
daneis, hinc et ab actu praesenti pro die et festo Conversi:
onis Sancti Pauli Apostoli, in Anno Millesimo Sexcentesimo
Septuagesimo Quarto proxime Venturo inscribit et obligat
dare, Solvere, et Coram officio Alterq praesentibus Castrensibus
Capitanealibus Praemysliensibus, realiter et in effectu reponere
ac relinquere, repositamq et relictam, rursus ab eodem officio
non efficaciter (?) tollere, nec arestare, aut alio quovis modo Solutionem
eiusdem Summae impugnare. Idq Sub Vadio Similis Summae
Triginta Millium Florenorum Polonicalium per eundem Reco:
gnoscentem Sive eius Successores, praenominatis Creditoribus
Suis, et eorum Succedaneis pro tempore existentibus in Casu
non Solutionis Summae praefatae pro tempore et loco Supra ex:
pressis tam in parte quam in toto, toties quoties opus fuerit
ad Solvendum Succumbendo. Pro quo quidem Vadio modo
praemisso ad Solvendum Succubito, ac pro Summa ipsa prin:
cipali non Soluta Solvenda. Citatus existens memoratus
Recognoscens Generosus Dominus Paulus a Buzenin Mni:
szek Sive eius posteri, ad Instantiam Religiosorum Pa:
trum fratrum Emerici Kasorski et Romualdi Siennicki Or:
dinis Beati Joannis Dei Bonifratellorum, totiusq Conventus
\# Notarius Terrestris Praemysliensis

pro tempore.

pro tempore hic Præmisliæ existentis, sive illorum Succedaneorum ad officium præfatum Castrense Capitaneale Præmisliense, ex hinc recessu Suprascripto, quo ad respondendum spectat mediante, Semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio, Stare Juri parere, respondere, Vadium præfatum luere, Inscriptioni præsenti Satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, Seq ac Suos Successores ad eaque omnia inscribit et obligat præsentibus, eundem Terminum primum peremptorium, Ut et alios omnes exinde consequentes Causæ eiusdem Terminos semper peremptorios, Vera infirmitate, pro maiori minorennitate, Successorum, legatione intra vel extra Regnum, Servitio militari ad munimenta ad Exercitum, vel aliis quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem præterea Ultra proximos officij præfati Castrensis Capitanealis Præmisliensis Terminos, dilationem sibi non recipiendo, nullasq motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac præmissa omnia penis simplicibus vel triplicatis, Evasionibus, Suspensionibus fatalibus Juris præscriptione Terrestri bello, Conuentioneq ac aliis quibusuis Juris remediis et defensis non subterfugiendo, nec modo quouis euadendo. Hac sua præsenti personali recognitione ad præmissa omnia mediante. 2063

Idem eisdem Donat. Seu fundationem instituit.

1253

Comparens personaliter Coram officio et Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Præmisliensibus Generosus